Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Totivs Tractatvs De S. Matrimonij Sacramento R. P. Thomæ Sanches E Soc. Iesv

Sánchez, Tomás

Coloniæ Agrippinæ, 1624

11. Dormiens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41559

Visual Library

iudicis. Et quando neuter eſt inculpa diuortij, vt ſi mutuo conſenſu ſeparentur, filius educetur à matre minor triennio, maior verò à patre, niſi iudex aliud arbitretur. Et quando matrimonium fuit contractum inualidè bonâ fide, filius interim cõceptus, eſt communibus expenſis alendus, & quando alter parens fuit in mala fide, alendus ab eo, qui malam fidem habuit, niſi pauper ſit, alius autem diues, *ibid. diſp.* 20. *à nu.* 4. vſque ad 11.

24 Compenſatio adulteriorum, ita fit quoad diuortium, vt ſi coniux innocẽs fornicetur ante ſententiã diuortij, teneatur redire ad cõiugem dimiſſum, & ſibi reconciliari. Et dimiſſus poteſt, diuortij ſententiâ latâ, accuſare, ad matrimonium inſtaurandum, alterum coniugem de adulterio ante ſententiam ab eo commiſſo, quamuis delictum non fuerit deductũ in iudicium per viam actionis, & tenetur reconciliari, quamuis ſit iam profeſſus, vel ſacris initiatus, *l* 10. *diſp.* 9. *n.* 24. 25. & 26.

25 Ebrietas ſæpe repetita cum periculo vitæ vxoris, eſt iuſta diuortij cauſa, *lib.* 10 *diſput.* 18. *num.* 8. Et priuat iure exigendi debitum ab vxore, dummodo abſit periculum incontinentiæ in ebrio, *l.* 9. *diſp.* 23. *nu.* 12.

Dormiens.

1 Dormiens & ebrius nunquam poteſt amittere gratiam, nec admittens homicidium anteà præuiſum, *li.* 9. *diſp.* 45. *nu.* 31.

Domi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN